

in cap. ceterum de Judic. num. 29. Haunold cir. rom. 5. r. 1. num. 23. P. Wiestner b. r. n. 112. Illuſtrif. D. Baro Schmid & D. de Baſſis in ſemi-centur. 2. q. forenſ. contr. 10. n. ult. Clarif. D. Franz in quaſt. ex univ. Jure q. 3. ſub num. 7.

287 Ratio eſt: partim quia cauſa merè feudalis, ut dictum, pendet ab arbitrio Judicis feudalis: partim, quia delicta merè feudalia non tam perſonam Vaſalli infamant, quam cauſam privationis Domino ſubminiſtrant: partim quia, qui poteſt cognoscere de contractu, poteſt etiam cognoscere de diſtractu, ſeu cauſis, ex quibus contractus reſolvitur.

288 Sin verò delictum non merè feudale, ſed commune ſit, hoc eſt, Jure communi prohibi- tum, habens tamen ex Jure feudali privationem feudi connexam, ut ſi Vaſallus in crimen proditionis incidat, parricidium aut ſtuprum inferat uxori vel filia: Domini directi: tunc probabilius eſt, Domino directo notionem de crimine non competere. Ita cum cir. Fagnano, Haunold, Wiestner, Illuſtrif. Bar. Schmid & D. de Baſſis loc. cit. aſſerunt Abbas in cap. verum b. r. n. 7. Oliva For. Eccleſ. part. 3. q. 29. n. 16. & ſeq. Barboſa I. E. V. libr. 1. cap. 29. num. 289 35. Ranbeck cit. l. num. 9. Ratio eſt:

quia à regula, quòd Clerici in criminibus nequeant judicari à Laicis, nullibi ſunt excepta crimina communia, in quibus agitur ad privationem Feudi. Ergo à regulata accedere non licet: cum, ut P. Ranbeck ſæpe alleg. diſt. 2. cap. 2. contr. 4. num. 4. ſapienter advertent, in materia immunitatis non liceat argumentari à paritate, ſed illud omne reperitur prohibitum, quod autoritate Pontificia non expreſſè conſeſſum eſt. Nec credendum eſt, vel à Dominis directis eà intentione feudum perſonis Eccleſiaſticis fuiſſe oblata, vel ab his eà conditione accepta, ut ſuper criminibus communibus coram Judice non ſuo respondeant: contraria quippe mens & conditio eruitur ex 2. Feud. 27. §. ſi Clericus 1. ubi Feudalia requirit, ut Clericus reus fractæ pacis publice in preſentia ſui Epifcopi ſufficiens teſtimonio conviſus fuerit. Poſſuntque Domini Feudales, eſſi Judicium de crimine Vaſalli non habeant, jus caduci nihilominus retinere ſalvum, ac, poſtquam à Judice Eccleſiaſtico crimen diſcuffum fuerit, ad ſeudum privationem devenire. Diſſentunt poſt Baldum & Joſonè D. à Someting in ſemi-cent. contr. Illuſtr. decal. 5. contr. 8. n. 3. & 4. cit. D. Franz cir. q. n. 8. & ſeqq.

SECTIO VII.
De Reliquis Foris ſpecialibus.
SUMMARIA.

292. Privilegium Fori obtinent Studioſi. 293. Ab Imperatore Friderico. 294. & ſeqq. Qui in Univerſitate publica. 298. & ſeqq. Sunt immatriculati. 301. & ſeqq. Ac literis dant operam. 305. & ſeqq. Sive patriota ſint, ſive advena. 309. & ſeqq. Conveniunt coram Judice Academico. 312. Alioquin actor cauſam amittit. 313. & ſeqq. Diſcitur, an Clerici Studioſi ſortiantur idem Forum? 316. De cauſis criminalibus remiſſivè. 317. & ſeqq. ob delicta vel contractus, alibi geſtos, Studioſi debent ad Forum Academicum remitti. 321. Etiam Milites habent ſpeciale Forum. 322. Si in numerum Militum ſint relati. 323. Habent Judicium Militarem. 324. In cauſis civilibus. 325. & ſeq. Et in cauſis criminalibus. 327. & ſeq. Milites ſuo Foro renuntiare poſſunt. 330. Litem, ante militiam inchoatam, in eodem Foro continuare tenentur. 331. Forum ſeparatum eſt Forum Anſtegarum. 332. Pro Statibus Imperii introductum. 333. & ſeq. Non autem pro Civitatibus. 335. & ſeqq. Enumerantur diſtincte Judices Anſtegarii. 342. & ſeq. Conſentur eſſe arbitri legales. 344. & ſeqq. In cauſis ſenatorialibus aut criminalibus judicare nequeunt. 347. Anſtegarii faciunt primam inſtantiam. 348. Legibus Imperii ſe conformare obſtringuntur. 349. Perſona miſerabiles proprium ſortiantur Forum. 350. Earum deſcriptio. 351. Singularia quoad pupillos. 352. & ſeq. Et Pédnas. 354. Non attenditur paupertas vel opulentia. 355. Non poſſunt extra provinciam evocari. 356. & ſeq.

Poſſunt tamen alios immediate ad tribunal Ceſaris evocare. 358. Quandoque reum ad Judicium Eccleſiaſticum trahunt. 359. Non quidem ſi Judex ſecularis paratus ſit adminiſtrare Juſtitiam. 360. & ſeqq. Niſi forte vidua ſpualia aget ſpualia. 367. & ſeq. Offendunt, quid ſpeciale habeant perſonam miſerabiles in Foro Eccleſiaſtico. 369. & ſeq. Concluditur, quòd ejusmodi perſona, alteri in lite concedentes, ſuo privilegio gaudeant in ſecunda inſtantia. 371. & ſeq. Textus contrarii ſolventur. 373. & ſeq. Contra perſonas Eccleſiaſticas idem privilegium nihil operatur. 375. Explicatur Forum ſpeciale ex l. diſſamari. 376. Non proſicit agere non valentibus. 377. & ſeq. Proſicit in quacunque diſſamatione. 379. Judex diſſamari eſt competens. 380. & ſeqq. Exponitur modus procedendi. 384. & ſeq. Adhæritur effectus. 386. & ſeqq. Eſt unum Judicium diſſamationis & actionis principalis. 389. & ſeq. Electio Fori non eſt penes diſſamantem. 391. & ſeqq. Declaratur ſpeciale Forum ex liſi contendat. 394. & ſeq. Concernit reum. 396. & ſeq. In quolibet cauſa. 398. & ſeqq. Verum ad ſuum Judicium pertrahit. 400. & ſeq. Effectus indicatur. 402. Diſcrimen à priori Foro natus. 403. & ſeqq. Non attenditur in exceptionibus contra aſſiones, ad diem aut conditionem reſtriſtas. 406. & ſeq. De manu ſpeciale Fori tribuit preventio. 408. & ſeq. De Clerico, ſi preveniat, ad Judicium Laico, remiſſivè. 410. Preventio eſt effectus. 411. & ſeq. Inducitur citatione, ad partis inſtantiam facta. 413. & ſeqq. Non ſufficit ſola citationis commiſſio.

§ I.
De Foro Studioſorum.

292 **P**oſt Clericos Fori, ſpeciali jure privilegium, habent Studioſi: qui enim in Univerſitate publica ſunt immatriculati, ac literis ibidem dant operam, ſive patriota, ſive peregrini & advena ſint, coram ſolo Magiſtrato Academico conveniri poſſunt. Dedit hoc privilegium primò Fridericus I. Barbaroſſa (alii dicunt, Fridericum II. fuiſſe) apud Roncallas menſe Novembri 1158. idque inferi voluit ſic. *Cod. de ſiliis pro patre in Authentica*, quæ incipit: *Habita quidem &c.* poſtea tamen Imperatores ſucceſſores, quotiescunque novas Univerſitates, aut erexerunt, aut erectas confirmant, idem privilegium ſpeciali diplomate ſuo concedere, ſeu comprobare conſueverunt.

294 Dixi tamen I. qui in Univerſitate publica. Eſt autem Univerſitas, ſeu Academia, ut deſcribit Virgilius *ſeſt. Fur. publ. l. 4. tit. 16. num. 1.* nihil aliud, quam Collegium, à Summo Principe privilegium, docentium & diſcentium Artes Liberales. Eſt locus publicus ſeu Scientiarum & Artium Liberalium emporium, ad quod, diſcendi cauſa accedere, nemini proſus vetitum eſt. *Hermes in ſaſtic. cap. 37.*

295 num. 6. Talis in Europa una duntaxat, quondam habebatur, ſcilicet Parisiis in Gallia; mox conſtituta eſt alia Bononiæ in Italia; ſecuta tandem plures, maxime poſt ſæculum decimum tertium. Interim non deerant, qui literas alibi privatim & palam docebant. Docuerunt enim in plerisque Monafteriis jam antiquis Monachi; fueruntque apud Bene- dictinos tot ſerè Literarum Collegia, quor. Monafteria, prout, accedente communi Hiſtoricorum conſenſu, eruditiffimè probatum facit Magnun Hiſtoric Lumen & ſæculi noſtri inſigne Sidus, noſter P. D. Joannes Mabillon in *traſt. de ſtud. Monſtic. per tot. præcipue in part. 1. cap. 11. 15. & 16.* Nec malè ſua ſparta ſunt functi, ut impudenti calamò calumnioſè auſus eſt ſcribere Joan. Volck. Bechmann in *traſt. de privileg. Studioſor. cap. 2. n. 4.* quaſi, ut ille dicit, diſcipulos reddiderint ſui ſimiles, hoc eſt, ignorantiæ fratres. Enimvero, ut evidenter, & pluribus apud cit. Mabillonium videre eſt, nullum ſcribendi, ſciendi, didicende genus eſt, quod per Viros Religioſos eorumque diſcipulos, aut inventum, aut propagatum, aut illuſtratum non fuit.

298 Dixi II. ſunt immatriculati. Ut enim Studioſi privilegio Fori gaudeant, requiritur I. ut ſint in Matriculam, ſeu Album Univerſitatis relati *arg. l. ex eo 42. ff. de Teſtam. milit. & l. ſug reſponſum 1. Cod. de Advocat. diverſ. Judicium.* Et licet hoc rejiciat Horatius Lucius de privileg. ſcholar. *cap. ſin. num. 20.* comprobatur tamen numeroſior pars DD. cum Zoëſ. in *Cod. ad cit. Authent. pag. m. 207. §. quaſto 1.* Brunnem. ad *cit. Auth. num. 2.* Fleck d. lib. 5. tit. 13. num. 2. P. Döring in *ſupra cit. diſp. de compet.*

Fori cap. 2. ibi. 34. II. ut in Matriculam, ſeu Album certe Facultatis inſcripti ſint: cum nemo poſſit eſſe membrum Univerſitatis, niſi & membrum ſit certe Facultatis: eò quòd Studioſus foret in abſtracto tantum, & ut ſic, non autem in concreto, contra dicenda in num. 303. III. ſecundum aliquarum Univerſitatum mores requiritur depoſitio; quam tamen, uti in Gallia, Italia, Anglia, Hiſpania, & Inferiort Germania, non eſſe receptam, tradit *cit. Bechmann cap. 5. num. 9.* ita nec in noſtra Univerſitate uſitatum eſſe, laudabilis & quodiſdana obſervantia commoſtrat.

Dixi III. ac literis ibidem dant operam. Ex quo colligitur I. non tantum Scholaribus, & eorum famulis, ſed & maxime Divinarum atque Sacrarum Legum Profeſſoribus, ut loquitur Imperator in *cit. Auth.* una cum uxoriſus, liberis, totaque familia privilegium Fori tributum eſſe: de his enim præprimis verificatur ratio, quam dedit ibidem Imperator, quòd, cum eorum ſcientia totus illuminetur mundus, & ad obediendum DEO, & nobis qui Miniſtri ſunt ſubditorum informetur, quidam ſpeciali diſcretionè ab omni injuriâ defendi debeant. Et quia Notarii, Pedelli, Nuntii, Pulſatores ſeu Oſtarii Academicis ſunt officiales & Miniſtri Academiae, illis quoque privilegium ejusdem fori non poterit negari. P. Friderich de *Foro compet. p. 3. cap. 2. n. 350.* II. illos, qui, poſthabita liberorum cura, pro ſcholis plateas & popinas frequentant, Academicis privilegiis indignos eſſe: quippe cum ceſſet ratio conceſſi privilegii, nec ejusmodi tenebrionum ſcientia mundus illuminetur, ſed magis obſcuratur; nec aut amore ſcientia exules facti ſint, aut Studiolum tantùm peregrinentur, ſed magis, ut auram liberoſiori captare valeant. Pulchrè D. Hermes *cit. cap. 37. num. 192.* Quamquam, ut acti privilegiis excidant, cum eodem D. Hermes ſententiam Reſtoris, aut Senatûs Academici, jure merito deſideremus, nec enim alterius Judicis eſt decernere, quiſnam pro ceſſatore vel ſedulo ſtudioſo ſit habendus.

Dixi IV. ſive patriota, ſive peregrini & advena ſint. Quantumvis enim Baldus, Salicetus, & Sîchardus, ad *cit. Auth.* commentantes, voluerint, patriotis, ſeu, qui in ipſo loco Univerſitatis domicilium originis vel habitacionis habent, Fori Academicum non ſuffragari, ob verba *cit. Auth. qui Studioſorum cauſa peregrinantur, & amore ſcientia exules facti &c.* Aliorum tamen & contraria opinio, quam ſeſtantant Umnius ad *Proceſſ. Judic. diſp. 4. tit. 12. n. 64.* Linnæus *Juris publ. l. 8. cap. 9. n. 50.* Zoëſius ad *cit. Auth. pag. m. 207.* D. Hermes *Ad. cap. num. 196.* Brunnem. *cit. num. 2.* Miller ad *Struv. exercit. 9. lib. 59. pag. 179. col. 2.* præſertim donata eſt: quippe cum peregrinitas non ſola aut principalis cauſa hujus privilegii exciderit;

titerit; sed magis utilitas & emolumentum, quod ex scholis publicis in utramque Republicam, Sacram & profanam, dimanat, ut constat ex verbis, quorum scientia totius illuminata.

308 **Stur mundus &c.** Quando autem duæ causæ ad eundem effectum concurrunt, & quælibet seorsim est sufficiens ad effectum producendum, non utriusque, sed alterutrum tantum concurrat opus est arg. l. pen. §. ult. §. & licet ff. de Fur. & facti ignor.

309 **Dixi V. coram solo Magistratu Academico;** quem cit. Auth. designat sub nomine Magistri & Domini; datque Studiofo optionem, an coram Domino vel Magistro suo, vel ipsius Civitatis

310 **Episcopo conveniri velit.** Et licet has voculas, Magistri & Domini, diversimodè Expositores interpretentur; optima tamen dubiorum interpres consuetudo ita exposuit, quod principaliter Rector Universitatis, & Senatus Academicus, Jurisdictionem in Scholares obtineant. Gentil. lib. 3. de Jurisdic. cap. 17. Ummius cit. loc. num. 65.

311 **Ummius cit. loc. num. 65.** Et hæc ipsa etiam consuetudo, diversis privilegiis roborata, declarat, optionem coram Magistratu Academicum, vel Episcopo comparandi, sublatam esse. Besoldus de Jure Academ. cap. 6. num. 2. P. Engel h. t. n. 8. D. Weigel in cit. dis. Proc. Judic. c. 1. n. 27. Fleck cit. l. 5. tit. 13. n. 1.

312 **Dixi VI. conveniri debent.** Quod si enim coram alio Judice conveniantur, etiam si causa iustissima fuerit, actor à tali conamine, seu actione instituta, cadit, ut habet alleg. Auth. Brunnem. ibid. num. 5.

313 **Queritur I. an Foro Academico etiam causa Clericorum Studioforum subiciantur?**

Resp. de Jure seu privilegio Communi, ab Imperatore Friderico generaliter indulto, causas Clericorum Academicorum non subijci: quippe cum Imperator tantam potestatem non haberet, ut Jurisdictionem in Clericos, quæ ipsemet desitutus erat, in Academicas transferre poterit.

314 **Itaque specialia privilegia, non Imperatorum aut Principum Sæcularium, sed Summorum Pontificum, Archi- & Episcoporum spectanda sunt, juxta quæ, si Jurisdictio competat in Clericos, ea non poterit exerceri à Rectore Universitatis, nisi Clericus sit, per textum generalem.**

in cap. decernimus 2. de Judic. Abbas in cap. si diligenti 12. h. t. num. 27. & seqq. P. Wiestner ad eund. tit. num. 200. P. Schmalzgrueber ibid. sub num. 119.

Et quia Universitatis non sicut stræ Salisburgensis Rector ex Ordine Benedictino semper assumitur; inter alia ejusdem Archi-Episcopalia privilegia sub tit. de Jurisdic. Jurisdictionem habet in Clericis Studiofos quoad civilia & delicta, non ita enormia, qua scilicet depositionem aut suspensionem non merentur.

315 **Queritur II. utrum Forum Academicum etiam in criminalibus causis Studioforum fundatum sit?**

Ad hanc questionem responsio affirmativa deducitur ex Lib. I. tract. de Jurisdic. cap. 9. n. 30. ubi Universitatis ex Jure Communi Merum Imperium est assignatum.

316 **Queritur III. an Studiofi super delictis & 17 contractibus, alibi admisis, ad Forum Academicum remitti debeant?**

Resp. cum P. Engel ad h. t. n. 29. D. Weigel in cit. dis. de Processu Judic. cap. 1. n. 26. Ummio cit. dis. 4. th. 12. num. 66. affirmative. Desumitur I. ex cit. Auth. ubi prohibetur, ut nullus de cetero tam audax inveniat, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre presumat, nec ob alterius conjugisque provincia delictum, sive debitum (hoc est, in alia provincia admittum, aut contractum, ut cit. loc. explicatum est) aliquod dampnum eis inferat. Et certè nihil sic explicemus cit. Auth. vix est, ut Studiofos faveat: quod enim in loco Universitatis contrahentes vel delinquentes judicium subire debeant, aliunde jam constabat.

317 **II. probatur ab exemplo militum, qui, nisi desertores militiæ sint juxta l. desertorem 3. ff. de Re militi. alibi delinquentes ad Judicem suum remittuntur l. de militibus 9. ff. de Custod. & exhibit. Quia ergo & Studiofi sunt milites, ac bonum argumentum à militia sagata ad togatam ducitur arg. l. Advocati 14. Cod. de Advocat. divers. Judicior. & insuper Forum privilegiatum, in Corpore Juris contentum, in delictis vim ac valorem habet ex num. 199. rectè à militibus ad Studiofos inferitur, eos alibi delinquentes ad Judicem Academicum esse remittendos; quiquid Neotericus quidam contra id argumentum protestetur.**

§. II.

De Foro Militum.

321 **Speciale Forum Militibus quoque concessum est: quippe, si in numerum militum, præstito Juramento, ritè sint inscripti, nequeunt coram alio Judice, quam Militari, civiliter aut criminaliter conveniri.**

322 **Dixi I. si in numerum militum &c. qui enim nondum in numerum sunt, licet etiam lecti sirones sui, & publicis expensis iter faciunt, nondum milites sunt: debent enim in numerum referri, aut Ulpianus in l. ex eo 42. ff. de Testam. militi.**

323 **Dixi II. nequeunt coram alio Judice, quam Militari. Est autem Judex Militaris Magister militum, seu, ut loquitur Imperator in l. Ma-**

gisteria 6. Cod. de Jurisdic. Magisteria potestas; Vultejus ad d. l. num. 1. & 2. Seu, ut hodie loquimur, Dux, Colonelus, ejus Auditor, (qui plerumque literatus esse debet) aut totus Senatus Militaris. Fleck cit. lib. 5. tit. 14. num. 1.

324 **Dixi III. civiliter. Est enim Magistri & Judicis Militares olim non habuerint cognitionem causarum civilium, inter milites controversarum, veluti Vultejus cit. l. n. 8. & seqq. ostendit: tractu temporis nihilominus & hanc consecuti sunt d. l. Magisteria l. viri Illustris l. apparitores 2. Cod. de Offic. Magistri militi.**

Dixi

325 **Dixi IV. aut criminaliter conveniri. Et quidem, si crimen sit militare, contra solas Leges militares admissum, solus Magister militum est Judex competens, ut fatetur omnes: at, si crimen sit commune, hoc est, contra prohibitionem Juris Communis commissum, Accursius, eumque communiter secuti Interpretes, teste Vultejò cit. loc. num. 15. distinguunt inter enorme erimen, & non enorme, ac illius quidem cognitionem ad Præsidentem Provincie spectare; hujus autem ad Magistratum**

326 **Militarem pertinere, autumant. Sed, quia hæc distinctio, ut ait idem Vultejus, textu & ratione Juris est desituta; ille concludit, ante Constantinum Imperatorem omnem cognitionem de militibus ad Præsidentem Prætorio, vel Præsidentem Provincie spectasse per l. frater 1. Cod. ad L. Cornul. de Sicar. postea verò Magistro militum delatam fuisse per text. in l. si miles 1. Cod. de Exhiben. & transmiss. quod & praxis hodierna, testante Millero ad Struv. cit. exercit. 9. th. 59. pag. 586. col. 2. Fleck cit. l. n. 2. ostendit. Videtamen R. L. de anno 1641. §. 28. ibi habent usq. 27.**

327 **Exquires I. possint miles privilegio Fori militaris renuntiare?**

Resp. affirmativam luculenter esse deciam in l. penult. Cod. de Pact. cum, ut ait ibidem Juslinianus; regula sit Juris antiqui, omnes licen-

tiam habere, his, qua pro se introducta sunt, renuntiare. Eminentiss. Card. de Luca de Jurisdic. dis. 78. num. 1. & 2. Clariss. D. de Bassis in decis. Falsiniani. ad cit. l. penult. n. 8. & seqq. Et licet Imperator cit. l. alicerat, etiam Clericos Foro Clericali posse renuntiare: id tamen nullatenus verificatur de Jure Canonico, juxta cujus manifestam definitionem non permittitur Clericis ejusmodi renuntiatione cap. si diligenti 12. h. t. additâ ratione, quod privilegium Fori Clericalis in honorem & reverentiam totius Ordinis Clericalis introductum esse dignoscatur. Cui rationi duplicem aliam superaddit cit. de Bassis num. 17. in f. videlicet odium Laicorum, qui Clericis communiter putantur insensiti; & opprobrium totius Corporis Ecclesiastici, si Clerici, Divinis officiis dedicati, per judicia Sæcularia vagari compellantur.

328 **Exquires II. utrum, si quis ante militiam ad Judicem Civicum fuerit evocatus, ibi captam, postea miles effectus, continuare teneatur?**

Resp. affirmative per textum evidentem in l. si quis 7. ff. de Judic. & rationem; quod illa evocatio operetur preventionem; quâ suppositâ, nullus alius cognitioni seu discussioni judiciali ferret immiscere permittitur. Card. de Luca cit. dis. 74. num. 4.

§. III.

De Foro Austregarum.

331 **EX singularibus Foris est Forum Austregarum, seu locus, in quo certorum Ordinum Imperii res controversæ in prima instantia, juxta modum, in Ordinationibus Imperii præscriptum, ad utilitatem eorum examinantur & deciduntur. Georg. Schubhard tract. de Austreg. cap. 1. n. 42. Miller ad Struv. d. l. pag. 581. col. 1.**

332 **Dixi I. locus, in quo certorum Ordinum Imperii. Ubi sciendum I. etsi Forum competens Statuum & Immediatorum Imperii sit Camera Imperii & Judicium Imperiale Aulicum; at tamen, quia à sententia Cameræ & Judicii Aulici provocare non est concessum, sicque admodum grave videbatur Majoribus nostris, in primo statim congressu Judiciali vinci, nec tamen appellari posse: hinc communi consilio placuit, Judicium Austregarium erigere, in quo causæ Statuum & Immediatorum Imperii in prima instantia disceptentur. Stryck dissert. Francofurt. vol. 1. dissert. 12. n. 3. Sicque Austregæ à germanico aufstregge deducuntur sunt. Vitriarius Institut. Jur. Publ. l. 4. c. 5. n. 1. & ibi Pfeffinger. l. 2.**

333 **Notandum II. Forum Austregarum non omnibus Imperii Ordinibus concessum esse: nam Civitates Imperii, à quocunque conveniantur, in Camera vel Judicio Aulico sunt conveniendæ, nisi singulari quodam privilegio vel præscriptione sint munite, sicut contra Fichardum & Gilhaufen docent Gail. 1. observ. 1. num. 20. Ummius de Proc. dis. 4. th. 3.**

334 **num. 48. Schubhard cit. tract. cap. 3. à num. 3. Miller cit. loc. col. 2. Stryck dissert. Francofurt. d. vol. 1. dis. 12. num. 32. Vitriarius d. l. n. 7. Pfeffinger. ibid. l. 6. D. à Someting semi-centur. controvers. Illustr. decad. 1. contr. 3. num. 16. & unanimiter fore Publicitæ: cum enim in Ord. Cam. p. 2. cit. 27. decernatur, omnes in Camera conveniendos esse, qui nec aliò nec Austregarum Foro potuerunt: sequitur profectò, Civitates Imperii, quibus Austregarum Forum nullibi communicatum invenitur, in prima quoque instantia Cameræ vel Aulae Judiciali subesse.**

335 **Notandum III. Judices in Foro Austregario varios esse. Refert nempe, an conveniantur personæ primæ classis, in qua reponuntur Electores, Principes, & Principali dignitate fulgentes; aut personæ secundæ classis, in qua resident Prælati, Comites, Barones, & Nobiles Immediati.**

336 **Si personæ primæ classis conveniantur, ulterius refert, an à personis ejusdem vel diversæ classis conveniantur. Primò casu actor submittit reo libellum, ipsumque simul requirit, ut se Judicio Austregario submittat. Reus requiritur intra 4. septimanas nominat quatuor Electores, aut Principes, partim Ecclesiasticos partim Sæculares, ex diversâ tamen domo & familia; & quibus super unum pro Judice eligere, eumque ad hoc certiore reddere tenetur. Quò factò, Judex sic electus intra quatuordecim dies ab utra-**

que litigantium parte pro munere iudicandi suscipiendo imploratur, ut habetur in *cit. Ord. p. 2. tit. 2.* Altero casu ex *cit. Ord. p. 2. tit. 4.* varia experiendi remedia competunt Actori. I. enim petere potest, ut Princeps, vel Elector conventus coram 9. suis Consiliariis, juramentum solutus, & non suspectis, à quibus s. Equestris Ordinis, reliqui Jurispecti sint, jus sibi dici patiatur. II. ex iisdem Consiliariis ad eundem finem s. vel 7. eligere potest. III. ex tribus Principibus, à reo nominandis, optionem habet, unum, quem voluerit, assumendi. IV. si maluerit, poterit unum Commissarium, qui saltem ex ordine Prælatorum, vel Comitum sit, ab ipso Cæsare impetrare. V. novem bonos viros determinare, & itidem reus tot ex suis Consiliariis denominare potest, ita ut actor ex rei Consiliariis tres, reus autem ex viris actoris duos eligat. VI. duos viros bonos producere, & reus duos Consiliariis adjungere potest, ad fine, ut simul judicent. Et si quatuor isti Judices nequeant in unum convenire, aut mutuo consensu arbiter designabitur, aut ad Cæsarem, ut arbitrum designet, recursus fiet. Cæteros modos in ipsa Ordinatione Camerali legere est.

338. Si personæ secundæ classis conveniantur, iterum dispendendum est, an à personis primæ vel secundæ classis instituat conventio. Si prius; duplex iterum modus est, quò actor, vel Commissarius, à domo rei non ultra 12. miliaria distantem, à Imperatore petere, vel, ut reus tres Electores, aut Principes nominet, à quibus unum in Judicem assumat, 339. efflagitare potest. *d. O. C. p. 2. t. 3.* Si posterius; rursus ad hoc duplex medium ad manum habet, potestque ab Imperatore pro Commissario, ultra 12. miliaria à domicilio rei non distit, supplicare; vel ex tribus Electoribus aut Principibus, ultra 12. miliaria à se non remotis, à reo nominandis, unum accipere. *d. O. C. p. 2. tit. 5.*

340. Planè in eo quoque magnam esse differentiam inter primam & secundam classem, quòd Procere primæ classis, sive à personis supra scriptis, sive à Civitatibus Imperii, vel etiam personis, Imperio non subditis, conveniantur, eadem prærogativa gaudeant. *d. p. 1. 4. in fin.* cum econtra Procere secundæ classis nullò potiantur favore, quando à Civitatibus, aut extraneis ad iudiciū vocantur, ut passim apud DD. legimus, præsertim apud Schubhard *cap. 4. à num. 12. & 42.* & Cameræ præjudicis probatum est, testibus Myning. *cent. 1. obs. 89.* Gail. *lib. 1. obs. 1. n. 17. & 46.* Et si, theoreticè loquendo, multò verius sit, personas quoque, in secundæ classe collocatas, à Civitatibus & inferioris fortis hominibus coram Austregre esse convenientias: cum regulare sit, quòd actor Forum rei sequatur; nec ab illa regula casus præsens exceptus sit. Stryck in *cit. disp. num. 28.*

An Judices Austregarii Jurisdictionem ordinariam, vel delegatam habeant? Grandis est altercatio. Ordinariam asserunt Ummius *d. l. 1. b. 8. num. 41.* Schubhard *cap. 6. n. 172. Bluml. Process. Cam. tit. 27. n. 12.* Delegatam nominant Gail. *1. obs. 1. num. 52.* Reinck. *de R. S. & E. l. 2. c. 2. cap. 16. n. 20.* Paumeister *de Jurisd. l. 2. c. 4. n. 136.* Ego nec ordinariam, nec delegatam Jurisdictionem Judicibus Austregariis attribuo: utpote cum neque jus dicant ex officio, ad hoc instituto; neque alieno nomine iustitiam administrant; sed illos cum Vitriario *d. l. num. 14.* Arbitros esse pronuntio, non qualescunque, sed Legales, seu à Lege publica constitutos.

Dixi superius II. res controversas. Intellige civiles. Nam neque controversie feudales Austregarum arbitrio subjete sunt; neque causæ criminales: illæ enim suas proprias Judices ex provisione feudali habent: illæ verò, cum ne Cameræ quidem cognitionem recipiant, atque in unica instantia, citra appellationem, absolvi debeant per R. I. Anno 1530. §. Item 91. Austregarum, à quibus appellatio conceditur, iudicio comitti nequeunt, ut verosimilius iudicant Vultejus *d. l. sententias 2. Cod. ubi Senatores num. 48.* Schubhard *tract. de Austreg. cap. 5. num. 18. & plur. seqq. D. Hermes in fascic. cap. 15. num. 14.* Stryck. *cit. differt. à num. 33.* Struv. *d. l. D. à Someting cit. dec. 1. contr. 8. à num. 2.*

Nec juvat Adversarios, è quorum ferie numerantur Ummius *cit. l. 1. b. 10. num. 51.* Mandanus *de Proc. l. 1. c. 9. in princ.* P. Friderich *de Foro compet. p. 3. num. 316.* quòd Ord. Cam. *d. p. 2. tit. 2. & 4. in princ.* Jurisdictionem sine exclusione causarum criminalium indefinitè Austregis attribuit in verbis *Espruch und Forde rung*: hæc quippe vocabula convenientius ad causas civiles, in quibus aliquid ab altero petitur, coarctantur: cum tritum sit, specialia sub generalibus non venire: aliàs, si nimis effusè sumantur, sequetur, ipsas quoque feudales causas sententis Austregarum discuti & decidi posse.

Dixi III. in prima instantia. Finis enim verò principalis inventarum Austregarum ex *num. 332.* erat, primæ instantiæ privilegium. Statibus Imperii concedere: adeoque in prima, non item ulteriori instantia, Judicibus Austregariis iudicare fas est.

Dixi IV. iuxta modum, in Ordinationibus Imperii præscriptum &c. Debent ergo Judices Austregæ causas sibi commissas non secundum mores & constitutiones sui territorii, sed juxta modum & formam, in Ordinationibus & constitutionibus Imperii præscriptam, ventilare, examinare, & decidere; de quo puncto vide Schubhard *d. l. c. 6. à n. 223.* & Stryck. *vol. 1. differt. 13. per res.* Hornium *fur. Publ. cap. 56. §. ult.* ubi à sententia Judicis Austregarii concedit appellationem, licet alioquin habeat privilegium de non appellando.

De Foro personarum miserabilium.

349. Pæculiare quoque Forum adeptæ sunt personæ miserabiles, quæ, si ab aliis conveniantur, nequeant ad tribunal, extra suam provinciam, vocari; & si alios conveniant, immediatè Cæsarem, & aliquando Judicem Ecclesiasticum adire possunt.

350. Dixi I. persona miserabiles, quarum nomine generatim veniunt personæ, commiseratione quâdam dignæ, quales in specie in *l. un. Cod. Quando Imperator inter pupillos vel viduas &c.* dicuntur esse pupilli, viduæ, divitibus morbo fatigati, & debiles, alique fortuna miserabiles, hoc est, ut interpretatur Vultejus *ad cit. l. un. n. 8.* qui non voluntate suâ suæque culpâ, sed casu Divinitus immisissis tales sunt: et si enim à DEO immitatur morbi omnes, ipsi tamen interdum illos etiam nobis conciliamus volentes, ut eapropter non fortuito, sed ex proposito advenisse videantur.

351. Nec quoad pupillos respiciendum est cum Paulo de Castro, habeant tunc tutorem, an non: atati siquidem, pluribus periculis suppositæ, prospicere voluit Imperator, citra respectum ad tutorem, quem, si pupillus non habeat, Magistratus ex officio constituere tenetur. Vultejus *d. l. un. §. Ummius de Proc. disp. 4. tit. 1. n. 57.*

352. Nec quoad viduas attendendum est, sintne naturaliter tales, quòd maritus sit mortuus; vel civiliter tales, quòd maritum quidem habeant, sed vel inutilem, vel à toro & foco separatum arg. *cap. inter corporalia 2. §. sed neque infid. de Translat. Ep. l. vir mulieri 64. ff. De donat. inter vir. & uxor.* quia æqualem commiserationem meretur vidua, sive maritum omninò non habeat, sive habeat, nullum tamen auxilium ab ipso sperare valeat. Vultejus *d. l. un. §. 6.* Covarruv. *pract. qq. c. 7. num. 2.* Pignat. *com. §. consult. 2. num. 55.* Ummius *cit. §. l. 1. n. 58.* Et si cum posteriore Authore nolim per viduam intelligere Virginem, ut quæ in *l. malum 242. §. 3. ff. de V. S.* vidua dicitur non ex sermonis proprietate, sed nominis notatione & interpretatione, ut ait Vultejus *d. l. un. §. 7.* & tenent Covarruv. *d. n. 2.* Gail. *1. obs. 1. num. 42.*

354. Nec quoad memoratas personas considerandum est, utrum pauperes vel divites sint: Imperator enim non respexit ad divitias vel paupertatem, sed etatem, sexum, iudicium, ac orbitatem intuitus est, ut contra Felinum & Martam decidit Covarruv. *d. l. cap. 6. §. 7.* Gail. *d. obs. Sperellus in decis. Fori Ecclesi. decis. 156. n. 33.* Vultejus *d. l. n. 10.*

355. Dixi II. quæ, si ab aliis conveniantur &c. Hæcque est prima personarum miserabilium prærogativa, quòd extra provincias, in quibus sunt, ad comitatum, hoc est, ad curiam, consistorium, vel examen Imperatoris vocari nequeant. *d. l. un. Cod. quando Imperas.* Vultejus *ibid. num. 9.*

Dixi III. & si alios conveniant, immediatè Cæsarem adire possunt. Et hæc dictarum personarum altera prærogativa est, quòd statim in prima instantia suos adversarios ad tribunal Imperatoris evocare possint. *d. l. un.* nec tunc solum, quando potentiam ad verfariorum metuunt, sed & alias: quippe cum particula *preferim* in *cit. l. un.* non exceptiva, sed implicativa & augmentativa sit, ut ex contextu liquet; idque idè: quia Imperatoris officium est, omnium quidem subditorum, maxime tamen singulari commiseratione dignorum, curam gerere, ut ait D. Hieronymus, *relatus in cap. Regum officium 23. XXIII. q. 5.*

Dixi IV. & aliquando Judicem Ecclesiasticum. Quæ tertia prærogativa, & certa est, quando in Foro Sæculari iustitiam consequi non valent: tunc enim & alias personæ, non miserabiles, ad Judicem Ecclesiasticum confugere possunt per *cap. novis 13. de Judic. cap. licet ex suscepto 1. c. b. t.* An autem ad eundem; Judicem tunc quoque recursus immediatus detur, quando Judex Sæcularis administrare iustitiam paratus est? Videtur in regula negativè concludendum hoc textum in *cap. ex re. more 11. d. 1.* ubi Pontifex aperte fateatur, quòd sic viduis in iustitia sit debitor, quòd aliis iniustitiam facere non debeat; si que causam vidualem non vult dijudicare per suos Delegatos, nisi ad Ecclesiasticum Judicem pertinere nesciat, aut per Judicem Sæcularem vidua suam non possit iustitiam obtinere. Gonzalez *ad cit. cap. num. 6. & 7.* Marta *de Jurisd. p. 2. cap. 21. num. 11.* Excipiendus tamen videtur casus, quòd vi duâ spoliata intentat interdictionem unde vi: quòd enim id possit in Foro Ecclesiastico moveri, disertè traditur in *cap. ex parte 15. h. t.* docentque Interpretes communitè, ut habet Oliva *Fori Eccles. p. 3. q. 40. n. 19.*

Sed Covarruv. *cit. l. cap. 6. sub n. 1.* com-munem hanc exceptionem apud Regia Hispaniarum & Gallie prætoria tiffi fore, attestat, tantum abest, ut in praxim redigatur. Eam proinde respicit propter textum in *cap. novis 13. de Judic.* ubi Pontifex ab initio statim meminit, quòd Jurisdictionem Reglam perturbare, aut minuere non intendat: perturbaret autem & minueret, si, præteritò Judice Sæculari, causam spoliæ ad suum iudicium revocaret: ipsi quoque Principes offenderentur, si in casu, quòd iustitiam administrare percipiunt, neglectos se viderent. In idem placitum propendunt Marta *cit. l. n. 15.* Gonzalez *d. l. n. 7.* P. Engel *h. t. n. 73.* & ad *cit. cap. ex parte 15. h. t.* cum Covarruv. respondent, gravem ibi suspicionem fuisse, ne Regina vidua, à quodam Nobili spoliata, jus & iustitiam non consequatur.

Et licet hæc responsonem divinatoriam; dicat P. Friderich *cit. p. 3. n. 367.* eò quòd in textu nullum talis suspicionis vestigium reperitur,

riatur, ac spoliator ille fuerit quidem potens Nobilis, spoliata autem vidua Regina: tolerari nihil fecius posse videtur: dum idem Nobilis in sua exceptione Fori declinatoria objecerat, se non teneri in foro Ecclesiastico respondere, quod rescriptum, contra se impetratum, non fecerit mentionem de Domino feudi, tanquam Judice suo proprio, quasi is debet fuerit requisitus, & in exhibenda justitia exiterit negligens, vel remissus. Quam objectionem, cum Pontifex non videatur attendisse, probabile apparet, ipsam a parte rei non subsistisse.

Quodli tamen communi sententia, & exceptioni in num. 360. ad stipulari placeat, ad dicta in num. 361. responderi potest, per judicium spoli, in foro Ecclesiastico susceptum, non turbari Jurisdictionem Sæcularem: eo quod ipfimet Imperatores quondam dederint generalia licentiam, quasunque causas ad Forum Ecclesiasticum deducendi, veluti constat ex cap. quicumque 35. & cap. volumini 37. XI. q. 1. Pontifices autem hanc licentiam sibi reservaverint in casu, quò vidua spoliata interdictum inde vi intentat.

Incerim id factum indulgendum erit, solum possessorem ex causa spoli coram Judice Ecclesiastico a vidua intentari posse, petitori Sæculari Judici referatò, veluti innuit cit. cap. ex parte in fin. & docet Magnif. D. P. König ad tit. de Judic. num. 52.

Si necdum acquiescas, ac scire appetas, quid ergo persona miserabilis præ cæteris habeat singularæ, dum Pontifices singularem se illarum curam habere profiterentur in cap. nuper 6. de Donat. inter vir. & uxor. cap. super quibusdam 26. in fin. de V. S.

Respondet P. Engel cit. l. id singulare esse, quòd statim in prima instantia, si Judex, ter requisitus, justitiam facere detrectaverit, Judicem Ecclesiasticum adire possint, ne cum magno dispendio tot Judicia subire cogantur: persona verò non miserabilis non possint in Foro Ecclesiastico prius audiri, quàm si justitia in prima & secunda instantia fuerit negata, sicut etiam fusè declarat Oliva Fori Eccles. p. 2. q. 44. n. 3.

Ambiges adhuc I. an pupillus vel alia persona miserabilis, succedens personæ non-privile-

giata, lice jam cœpta in prima instantia, possit in secunda instantia uti privilegio d. l. un. Cod. Quando loqueret, & petere remissionem ad Ordinarium & immediatum Judicem, in provincia existentem?

Hoc dubium Eminentiss. Card. de Luca de Jurisdic. disc. 72. ex infuturo proponit, & in num. 6. affirmativè resolvit. Ratio est quia citatum privilegium est indistinctè concessum, nullò factò discrimine inter Judices vel instantias: consequenter non oportet, illud limitare vel restringere, sed indiscriminatim applicare.

Neque contradicit I. textus in l. hares ab. sens 19. in pr. ff. de Judic. ubi de hærede dicitur, quòd, non attentò privilegio, in Foro defuncti sit conveniendus. Nam, ut idem Card. num. 7. respondet, cit. l. dispositio locum non habet, quando privilegium est clausum in Corpore Juris.

Neque contradicit II. textus in l. si quis ff. ed. ubi privilegium superveniens non impedit litem jam cœptam. Siquidem laudatus Card. n. 8. reponit, ut prius, id non intelligi de privilegio, clauso in Corpore Juris, ac præter voluntatem habentis obtento. Potest etiam adjungi, quòd ille textus non loquitur de diversis, sed eadem instantia, quòd nempe, si in una instantia litem inchoata fuerit, ante illius absolutionem nequeat ad aliud Forum transferri; secus, ubi instantia jam est absoluta, & novus adendus Judex, respectu ejus nulla adhuc præventio facta supponitur. Eadem ferè responsio datur ad l. si 34. ff. d. i.

Ambiges II. an idem privilegium personis miserabilibus competat, si contra personas Ecclesiasticas actionem moveant?

Hoc quoque dubium altè memoratus Card. in disc. 80. proponit, & in num. 15. & seq. negativè resolvit. Ratio est: quia ex una parte de Jure Canonico personæ Ecclesiasticæ, quando rez sunt, in foro profano, etiam Imperiali, stare nequeunt: ex altera verò parte non convenit, ut propter bonum temporale pupillorum aut similibus personarum negligat bonum spirituale Clericorum ex eo, quòd Ecclesiæ suas relinquere, & ad Curias Principum accedere teneantur.

§. V.

De Foro L. diffamari.

Forum, specialinotà dignum introduxit L. diffamari §. Cod. de Ingen. & manumiss. Si enim quisquam ab altero quacunque ex causa diffametur, potest adire Judicem suum proprium, atque ab eo petere, ut diffamantem, et si cæteroquin alterius sit Jurisdictionis, ad tribunal suum citet, certum terminum ad probandam diffamationem præfigat, & si probationem non fecerit, aut in ea defecerit, perpetuum ei silentium imponat.

Dixi I. si quisquam. Quisnam ille sit, non querendum; dummodò tanquam actor-

in Judicio stare possit. Nam excommunicatus, & bannitus bannò Imperiali, et si stare possint in Judicio tanquam rei ex cap. 2. n. 164. quòd minùs tamen ex cit. L. diffamari Judicium subire valeant, inde est, quòd non agant necessariòs, sed planè voluntariòs, ac sponte provocent ad Judicium. Covarruv. lib. 1. Par. resolut. cap. 18. num. 5. Mundius in rr. de L. diffamari cap. 4. n. 145. & seq. Lauterbach in disp. de remedio L. si constituat (exat in Solvum. 3. disputat. Tubing. in num. 18.) cap. 4. tit. 32. Aliter opinatur Gail. 1. obs. 9. n. 8. & seq.

Dixi

Dixi II. quacunque ex causa diffametur. Equidem cit. L. diffamari §. Cod. de Ingen. & manumiss. loquitur tantùm de diffamatione super statu, quando is, quingenuus est, ab altero proclamatur esse servus: acquitatis tamen ratio facit, ut etiam in aliis diffamationibus & molestationibus, veluti, si quis ut adulter, fur, spurius, debitor &c. restodatur, valorem habeat, ut sic obtræctorum proterva lingua efficacius compescatur. Antonius Gabriel. commun. conclus. lib. 2. tit. de alion. conclus. 6. n. 2. Gail. 1. d. obs. 9. n. 2. Petrus Heig. p. 2. q. 8. num. 1. & 2. Befoldus de processu cap. 2. th. 5. Clariss. D. Joannes Udalricus Rudolphi in Cen-

suria Palladis Togat. q. 79. Unde nec dubium est, quin in causa injuriarum locum obtineat: et si cum eodem Clariss. D. Rudolphi cit. q. 79. consultus longe sentiam, actionem injuriarum institueret, quam injuriantem ad proprium tribunal evocare: cum ibi ad recantationem & satisfactionem injuria tendat actio; hic verò injurias, seu diffamans, nec recantare, nec satisfacere compellatur, si sibi patiat silentium imponi.

Dixi III. potest adire suum Judicem proprium. Atque in hoc relictæ specialis Fori ex L. diffamari quòd nempe infamatus, tanquam reus, videatur agere, & nihilominus infamantem coram proprio suo Judice possit accusare. Infamans siquidem ipsa jactatione litem quodammodo movet infamato, & sique justum & rationabile crederetur, illum ad illius tribunal evocari posse. Gail. cit. l. n. 3. Befoldus cit. th. Blum. in processu Camer. tit. 36. num. 12. P. Engel h. r. n. 57.

Dixi IV. atque ab eo petere, ut diffamantem, est cæteroquin alterius sit Jurisdictionis, ad tribunal suum citet. Cum enim, veluti mox dictum, in Judicio diffamationis diffamans partes actoris sustineat, ac vulgata & firmata sit regula, quòd actor, cujuscunque conditionis & professionis sit, Forum rei sequatur: mirum non est, quòd diffamans a Judice diffamati citari possit ad suum tribunal.

Quia verò citatio, extra territorium citantis facta, non habet vires: sanè, si citandus diffamator alterius sit Jurisdictionis illius proprius Judex, ut diffamanti comparitionem injungat, requirendus erit, ut optime notat P. Engel cit. l. n. 58.

Quòd a fortiori dicendum, quando diffamator est persona Ecclesiastica: hæc enim non aliter ad comparandum in Foro diffamati Laici poterit compelli, ac si a Judice proprio Ecclesiastico adigatur. Zoëf ad cit. tit. Cod. de ingen. & manumiss. Pignatellus rom. 1. consulti. 150. num. 31. P. Wiefner h. r. n. 123.

Dixi V. certum terminum ad probandam diffamationem præfigat. Antequàm autem vel citationem decernat Judex, vel terminum citato præfigat ad agendum, præviè & summa-

riter de diffamatione, tanquam fundamentò hujus Judicii, debet cognoscere; & si de illa probabiliter per testes, aut alia adminicula conlitterit, decernere citationem. Covarruv. cit. l. 1. cap. 18. n. 2. Gabriel d. conclus. n. 24. Gail. 1. obs. 10. n. 7. & 8. P. Engel d. r. n. 19. D. Rudolphi cit. q. 79.

Dixi VI. si probationem non fecerit, aut in ea defecerit, perpetuum ei silentium imponatur. Finitis itaque, & effectus hujus citationis ex parte citati est obligatio comparendi, & diffamationem probandi. Quòdli comparuerit, & negaverit diffamationem, atque a diffamato convinci non poterit, absolvetur. Befoldus cit. cap. 2. th. 5. Sin verò legitime & peremptorie citatus, vel non comparuerit, vel, præstita comparitione, asertam diffamationem non probaverit, perpetuum ei silentium imponatur. P. Engel d. l. n. 56. Hicque casus est, quem in cap. 2. num. 122. tetigimus, quò actor invitus agere tenetur, nisi jagendi vellet amittere.

Inferes ex dictis I. minimè placere sententiam, duplex hic Judicium distinguentium, nempe diffamationis, & actionis principalis, quasi diffamans coram Judice diffamati solummodo de causa diffamationis respondere teneatur, & si de diffamatione convictus fuerit, primum in causa principali, coram illo, vel alio Judice, qui competens est, agere debeat. Licet enim sic distingui ipfemet Gail. cit. l. 1. obs. 12. id tamen ex praxi Cameræ fortitan ita habere, observat cit. P. Engel n. 60. cuius Jurisdictionis quandoque solum super ipsa diffamatione, non autem in causa principali, quæ frequenter ad proprios Judices pertinet, fundata est: unde de Jure Communi, cum diffamans citetur ad Judicem ipsius cause principalis, tunc illic terminum ad agendum assignari debere, existimat. Eaque resolutio latio textui in cit. L. diffamari planè commenta est, ut patet ex verb. vocasse diversam partem, ut contr. additionem saceret, si de sententibus suis consideret &c.

Inferes II. præplacere sententiam ejusdem; 89 P. Engel d. n. 60. dicentis, si diffamatus plures habeat Judices ratione rei sitæ, domicilii, contractus, delicti &c. emissa semel citatione ab uno horum Judicum, diffamanti necessitatem imponi, coram illo causam agendi: est enim regulare, quòd, si plures sint Judices, preventionis locus datur; illeque, qui prius citavit, cæteros prævenisse censeatur cap. propositi, 19. h. r. Et quamvis Covarruv. cit. l. 390 cap. 18. n. 6. Gail. d. l. obs. 9. n. 5. Blum. cit. l. n. 23. & alii dissentientes opponant, non in potestate rei, sed actoris esse, ex pluribus Judicibus unum eligere: rectè tamen eisdem reponitur, perditam libertatem agendi, perditam quoque libertatem esse, Judicem eligendi.

§. VI.

De Foro L. si contendat.

- 391 **F**orum peculiare, & priori non multum ab- simile pandit L. si contendat 28. ff. de Fide- jussor. que ita sonat: si contendat fidejussor, ceteros solvendo esse, etiam exceptionem ei dandam, si non & illi solvendo sint. Sensus est: quod unus ex fidejussoribus pluribus, cui competit beneficii divisionis, illud proponere possit, & per modum actionis, Judicis officium implorandò; & per modum exceptionis, actioni adversus illum à creditore instituta eandem opponendò.
- 392 **S**ensum hunc subministrat Glossa ad cit. l. eum- que, contra aliquorum sententia, amplectuntur Bartolus, Alexander, Paulus de Castro, Abbas in cap. si quis contra 4. h. r. n. 2. Covarruv. d. l. 1. cap. 18. n. 3. Hartman. Pistor. lib. 4. q. 15. n. 2. Heig. d. p. 2. q. 8. n. 5. Mynsinger 4. O. 72. num. 7. Blum. cit. tit. 36. n. 26. Brunnem. ad cit. l. n. 1. Lauterbach in cit. disput. ad L. si con- tendat cap. 2. th. 10. & 13. & horum calculò, certissima LL. declaratrix consuetudo.
- 393 **S**i quis ergo timeat litem sibi ab alio in qua- cunque causa movendam, adire potest Judi- cem proprium, & implorandò officium nobi- le, petere, ut adversarius citetur, ac ipsò præ- sente declaretur, se illius debitorem non esse, vel exceptionem sibi competere.
- 394 **D**ixi I. si quis litem sibi ab alio movendam &c. Remedium itaque cit. L. reum respicit, qui, cum agere non possit pro libitu, sed, donec actor incipiat agere, expectare teneatur, om- ninò dignus est auxilio Legis, ut actorem ad agendum, & litem tempestivè movendam 395 cogere possit. Et in hoc differt reme- dium hoc à remedio L. diffamari, quod illud solummodò metum litis; istud verò diffama- tionem prærequirit. Lauterbach d. l. cap. 3. th. 29.
- 396 **D**ixi II. in quacunque causa. In quo conve- nit remedium d. L. si contendat cum remedio L. diffamari, quòd, licet textus loquatur de fide- jussionis causa, ex æquitate tamen, & rationis 397 paritate ad omnes causas extendatur. Adco- que, si tutor bona quondam pupilli restituit, & redditus rationibus residua solvit, potest hoc remediò uti, & petere, ut declaretur, quòd exceptionem solutionis contra pupillum ha- beat. Similiter, qui rem aut jus mediante præscriptione acquisivit, ac metuit, ne rei aut juris præscripti nomine à veteri Domino actio sibi moveatur, exceptionem præscriptionis in Judicio potest proponere, tametsi Dominus non egerit. Lauterbach d. l. cap. 5. th. 44.
- 398 **D**ico III. adire potest Judicem proprium, & implorandò officium nobile, petere, ut adversarius ci- tetur. In quo iterum convenit remedium L. si contendat cum L. diffamari: cum in utroque is, qui remedium intendat, non teneatur Forum adversarii sequi, sed illum ad proprium suum Forum trahere possit, quodcunque privile- gium habeat, modò in n. 380. & seqq. præscri-
- ptò. Lauterbach cit. l. e. q. th. 62. & seqq. Un- de & si ille, qui adversarius sibi metuit, diver- sis in locis Forum fortituri, in ejus arbitrio erit, coram quo velit exceptionem suam pro- ponere; nec poterit adversarius evocatus alium postea Judicem eligere: cum facultate eligendi, antecedenter habitam, uti & li- bertatem agendi, ob alterius Judicis præve- tionem amiserit, arg. eorum, quæ in n. 389. & seq. statimus: et si non nesciam, sententiam contrariam esse communiorè, tenerique à Covarruv. d. cap. 18. num. 6. Lauterbach cit. l. th. 66.
- Dixi IV. ac ipsò præsentè declaretur, se alius de- 400 bitorem non esse &c. Citatus itaque vel com- pareat, vel non. Si non compareat; non quid- em statim eidem silentium imponitur, sed, ac- curatà prius contumacià, in causa exceptionis proceditur, ac, si vera & justa fuerit inventa, secundum excipientis intentionem pronun- tiatur, atque adversario silentium injungitur Lauterbach d. l. th. 71.
- Si compareat, 401 ac exceptionem, contra se oppositam, infringere nequeat, declarat Judex, vel imploran- tem debitorem non esse, vel exceptionem ei competere. Lauterbach cit. l. th. ult.
- Differt itaque remedium L. si contendat à re- 402 medio L. diffamari, quòd posterior eò tendat, ut diffamator intra certum terminum ad agendum admittatur, eidemque, si hoc non fecerit, perpetuum silentium indicatur; nec diffamatus ulterius progredi, ac jus suum in judicium deducere possit: cum eontrà prius remedium eò collimet, ut jus reo competere, Judex declareat. Lauterbach d. l. cap. 8. th. 59. ubi plures adhuc differentias enumerat.
- Sed quid, si actor intermitat agere ex eo 403 capite, quòd actio in certum diem, vel condi- tionem restricta sit, & dies necdum venerit, aut extiterit conditio: an tunc reus nihilominus exceptionem, si quam habeat, vel ha- bere putet, opponere potest? Nullò modò. Cum enim actor non habeat jus agendi, reus 404 quoque non habet jus excipienti: &, sicut, actor ante adventum diei, vel eventum condi- tionis agere volens, tanquam plus petens, repellitur à Judicio: ita & reus, ante illud tempus excipere volens. Videatur post Hartmannum Pistor. lib. 4. q. 15. num. 4. Lauterbach d. disputat. cap. 3. th. 19. & seqq. Ex quo etiam cum multis Autho- 405 ribus infert Heigus cit. p. 2. q. 8. n. 19. & seqq. agnatum aut vasallum, jus in feudo vel fidei- commissio succedendi habens ex investitura, vel institutione majorum, non posse, vivò aliò feudi aut fidei commissi possessore, agere ad hoc, ut declaretur, mortuò illò, feudum ad se devolutum iri: cum jus agendi ante mor- tem possessoris non habeat, per ea, quæ tradi- ta sunt in lib. I. traç. de præscrip. cap. 3. an. 37.

§. VII.

§. VII.

De Foro Præventionis

- 406 **U**ltimò ad Forum singulare reduci potest Forum præventionis: quando enim reus in pluribus locis conveniri potest, judicandi facultas privativè competit Judici, qui præve- nit, seu primum actum judicalem exercuit. Ita textus & DD. in cap. proposuisti 19. h. r. ubi Panormit. in n. 9. & l. si quis 7. ff. de Judic. ubi 407 Brunnem. Ratio est: tum quia & in aliis casibus melior est conditio præventis, & qui prior est tempore, prior Jure censetur cap. qui prior. §. 4. de R. l. in 6. tum quia, ubi Judicium semel est cæptum, etiam finiri debet l. ubi acceptum 30. ff. de Judic.
- 408 **D**ixi I. quando reus &c. ubi mox insurgit, gravis veltatio: an, si reus Laicus litem coram Judice Laico inceperit, ac postea sit Cle- ricus, litem ibidem continuare teneatur, tan- quam præventus? Variè variè respondent, dis- tinguant, & decidunt, ut patebit inspicenti Martano de Jurisdic. p. 4. cent. 1. casu 121. Oli- vam Fori Eccl. p. 3. q. 33. P. Engel h. r. n. 53. & seqq. P. Wiestner ibid. à n. 155. D. Wei- 409 gel cit. disputat. cap. 1. n. 21.
- Ego tamen resolutionem ex dictis à n. 194. & n. 205. absque singulari difficultate colligi posse, opi- nor. Potest etiam utilissimè videri Pignatellus tom. 1. consuls. 11. n. 32. & seqq.
- 410 **D**ixi II. judicandi facultas privativè competi- Judici, qui prævenit. Hic itaque præventionis ef- fectus est, quòd solus Judex præveniens in causa controversa jus dicere possit, reliquo- rum Judicum potestate, quam antehac obti-
- nebant, suspensà cap. proposuisti 19. h. r. & l. si quis 7. ff. de Judic.
- Dixi III. seu primum actum judicalem exercuit. 411 Primus autem actus judicialis in ordine ad præsentem materiam per textus citatus est cita- tio, ad instantiam partis legitimè facta. Quòd si propriò motu fuerit citatio (excipere 412 causas criminales, in quibus ex officio proceditur) aut ex aliquo capite foret invalida, præventionem operari non possit, per cit. cap. proposuisti: ibi: ad petitionem cujusdam adver- sarii sui à se legitimè citatus &c. P. Engel h. r. n. 52.
- An etiam citationis executio & intimatio 413 quoad partes requiratur; an verò sola cita- tionis commissio sufficiat? Dubium facit cap. gratum 20. de Offic. Jud. deleg. ex quo habetur, Jurisdictionem delegatam sola citationis commissione perpetuari: ut proinde cum Panormit. ibid. n. 3. Feino n. 5. præventio quo- que induci videatur. Sed, quia dilicri- 414 men est inter perpetuationem, & præventio- nem Jurisdictionis, dum perpetuatio nihil exigit, quam usum qualemcunque Jurisdictionis; præventio autem desiderat Jurisdictionis execu- tionem, & extensionem ad partes, respectu quarum nulla est præventio, si nulla citationis habeatur notitia: Ideò crebrioribus votis 415 conclusum est, præventionem non ante indu- cti, quam citatio partibus intimata fuerit. Marta de Jur. p. 2. c. 3. n. 14. P. Engel d. l. P. Wiest- ner d. l. n. 145.

CAPUT IV.

De Objecto Judicii.

Forò, in quo agendum, electò, debet actor & causam, quam agit, accuratè per- pendere: sicut enim immotum apud nostrates brocardicon est, quòd actor rei sequatur Forum; ita & præcemia non minus indubitata est, causam quam- libet à suo Judice ventilandam esse. Post Forum igitur, Judicii objectum, seu cau- sam in Foro tractandam, suscipimus.

SECTIO I.

De Causis spiritalibus.

SUMMARIUM.

- I. Describuntur, & distinguuntur causa spiritali- 1. 2. Quæ ab intrinsecis sunt, spectant ad Ecclesiasticum Judicem. 3. Ratio datur. 4. & 5. Ut & illa, quæ ab extrinsecis tales sunt. 6. & seqq. In dubio, an causa sit spiritalis, judicat Judex Ecclesiasticus. 9. & seqq. In causa possessoria, qua simul involvitur causam proprietaria, isdem ille judicat. 13. & seqq. Reservan- tur, & resolvuntur opposita. 18. & seqq. Si qua- rò nulla sit questio facti, judicet etiam Judex Sa- cularis. 21. Laicus potest à S. Pontifice delegari ad causam spiritalem. 22. & seqq. Non etiam ab Episcopo. 24. Causa matrimonialis ab Episcopis discutitur. 25. & seqq. Vltio- rum Vicariis. 30. & seqq. Sicut & causa spon- salsium. 34. Causa dotis, incidit solum motu.